

¶ ( I. ) ¶



IN NOMINE JESU.

EXERCITATIO I.

De

POENITENTIA TYRIORUM ET  
SIDONIORUM.

Ex Matth. XI. vers. 21. 22.

**V**Indicias sanè poscere videtur *sermo exprobratorius*, quo Christus Salvator optimus, in cujus Labiis aliàs diffusa est gratia, in vectus est in civitates, & verbi prædicati Lumine, & virtutum splendore, nullâ tamen pœnitentiâ insecutâ, collustratas. Quamvis enim vellemus, nostros *adversarios*, qui partim in reproducendo *Pelagianismo*, partim in firmando *decreto absoluto*, quod propriis suis defensoribus horribile videtur, nimis solliciti sunt, secutos esse gravissimum de hac Pericope judicium magni Chemnitianæ Harmoniæ Continuato-  
ris, *D. Policarpi Lyseri*, quia verò hæc invectiva variis subjecta est detorsionibus, errorique non uni cogitur inservire, nec nos prælaudati Doctoris *Principis* abstergere debet, quo minùs Pericopen illam reassumamus, & ab obliuationibus frivolis vindicemus, cum satis superque constet, *nostros Theologos*, eosque non infimi subselli contra hostes veritatis hoc testimonio non infeliciter usos esse, idque ab eorum insultibus vindicasse; *Spiritus tuus, ô Domine, nos in omnem veritatem ducat.*

THESIS I.

**P**rimum punctum, quod hâc vice expendemus, *qualisnam fuisset pœnitentia Tyriorum*, si quidem miracula Christi vidissent, tangunt partim *Reformati, cum Dominicanis*; partim *Pontificii, & Jesuite.*

A